



cundum ordinem deputatum.

VICALIX SUPER FUNDIS NON MISCEAT.

Nulli liceat pincernarum calicem sic implere
ut transfundat. sed nec cuiquam liceat. ut
sibi ab infructu ministro transfundens obla-
tus fuerit accipere. sed cum moderatione im-
pleri debet. et competenter id honeste. et se-
cundum ordinem fiat.

DE VICIIBUS MINISTRORUM.

In omnibus obsequiis et ministeriis. In quibus fra-
tres iuniores sibi vicissim succedunt. unusquisq.
bona uoluntate. susceptam ebdomadam uicis
suae. In quolibet ministerio hilariter. et absq.
murmuratione cum gratia implere. Quod
sita contingat. ut is qui suscepit quodlibet obse-
quium in alia utilitate. uel itinere. aut neces-
sitate infirmitatis occupetur. uicem eius. qui in
loco post ipsum in ordine esse uideretur adimpleat.
Et si is defuerit. Tertius siue quartus. et quintus
ab eo presens et uacans inuentus fuerit. eius
obsequium representet. Ut ordo ministeriorum
dispositus. quod caritatis et deuotionis amore
exhibetur. mutuo conseruatus. nullomodo per-
turberetur. **SIC IN ORDINE IUNIORUM QUI**